

Arnas (Rhône) par Villefranche
Die XXI^a Octobris 1876

VILLEFRANCHE
BIBLIOTECA
GALLIA
BOTANICA

Clarissime Domine!

Causa permutationis plantarum essiccatarum tibi scribo; ad hanc rem, hic adest Catalogus plantarum mearum, quas permutare possum; spero inter eas, nonnullas tibi esse jucundas. Enumera ergo mihi eas quas praecipue desideras.

Quoad plantas quas in animo est mihi dare, rogo atque etiam rogo ut habeas benignitatem mihi mittere qualescumque sint plantas phanerogamicas sive in Lusitania, sive in Hispania collectas. Vix unam possides speciem in patria tua detectam, unde mihi mittere possis quodcumque velles, praesertim in gratiam operis mei cui titulus "Decades plantarum novarum ad Floram Europae spectantes" cujus fascicul. I et II mox tibi mittam.

Semper, a te petere sustineo ut mihi mittas omnes species sive raras, sive triviales e generibus Rosa et Rubus quorum Monographiam conscripturus sum.

Res ad scribendum "Floram Europaeam" nunc sedulo congregare occupor; sed opus istud tam magni momenti sed infirmitati meae vero fere superans, ad forem suum optimum conducere non valerem nisi consiliis atque auxiliis plantisque praesertim essiccatis ope, virorum, sicut tempus, in rem botanicam peritissimorum.

Ideoque spero, ut habueris benignitatem mihi colligere atque mittere summas plantas in regione tua confini-busve crescentes.

Cl. D. J. A. Henriques prof. - hort. bot. Coimbre -

Dic mihi quomodo plantas meas tibi pervenire
possunt. - Tu autem, sic capsam vel fasciculum tuum
inscribi debes:

M. Gandoger
à Arnas (Rhône). France
en gare à Villefranche

Litteras tuas humanissimas cum meo Catalogo
plantarum citius expectans, clarissime Domine,
salutem tibi dico

Gandoger M.

- Gratias quam maximas tibi agerem si, tua
benignitate, quosdam socios botanophilos in Lusitania
et in Hispania australi assequerer!

Progo insuper ut benevole dicas Clo A. Fr. Moller
an paratus sit plantas mecum permutandi; tunc
plantas vestras in eodem fasciculo simul mihi
mittatis.